



FL. CL. IVLIANVS. patre Constantio fratre Constantini  
 Magni, matre Basilina foemina nobilissima natus Constanti  
 nopoli, frater Galli caesaris, ingenio ad literas & arma ac-  
 comodato, adoptatus à Constantio in caesarem, Gallias à  
 Germanorū incursionibus uiriliter defendit, & propè Ar-  
 gentoratum Galliae urbem, totū fermè Alamānorum per-  
 didit exercitum, regem eorum Chonodomariū cœpit, Qui  
 bus foeliciter gestis, à militibus suis & imperator & Augu-  
 stus est appellatus. Quo imperante hostes po, Ro. intra su-  
 os terminos se continuerunt ex eiusq; imperandi ordine iu-  
 sticia è cœlo ad mortales rediisse dicebatur, soli Persae resta-  
 bant, contra quos mouit, quo conflictu uulnus excepit, de-  
 inde cum philosophis sermonē habuit de animae immorta-  
 litate, epotaq; aqua solutus est uita, anno aetatis xxxij. &  
 in agro Tharsensi sepultus, imperauit solus annum unum  
 menses tres ab eo quod Cæsar fuit an. vij. sanctissimus ni-  
 mirum princeps, & licet Christianos insectaretur, librosq;  
 in eos scriberet, tamen sanguine abstinuit, Helenam Con-  
 stantij sororem habuit uxorem.